



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 53. Hujus Scriptoris opera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI
A.C. 1555.

ductisque ædibus habitare cogeretur. Hac submissione, atque abjecta depreciatione mitis Princeps Cardinalis tantopere commovebatur, ut ipsus Parisiensem Sancti Victoris Abbatiam eidem cederet, ubi etiam Lisetus reliquos vitæ suæ dies transegit, ita ut extremus ætatis suæ exitus minime priori famæ sibi acquisitæ responderet. Obiit ergo ibidem septuaginta duos annos natus die septima Junii Anno post Christum natum millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto, alii vero illius mortem in annum millesimum quingentesimum septimum, vel tempus adhucdum posterius rejiciunt, licet prior obitus sui annus omnino certus sit. Initiatus is erat Sacro Presbyteratus ordine, ac sepultus in choro Ecclesiæ ad S. Victorem. Fundabat etiam pro quinque pauperibus studiosis amplos redditus Parisiis in Collegio justitiæ; insuper in illo suo recessu quædam Theologica, & dogmatica composuit opuscula, quæ tamen ferme nihil habentur, eo quod sacrarum literarum, ac traditionis rudis esset.

§. LIII.

Hujus Scriptoris opera.

Du Bureil.
Antiq. de
Paris p. 223.
edit. 1693.
num. 4.

Cum Anno Christi millesimo quingen-
tesimo quinquagesimo secundo Li-
fetus, Abbas Sancti Victoris esset,
Pari-

Parisiis sua opuscula typis vulgari curabat, novem comprehensa tractatibus, quorum primo adulterinæ reformationis basis detegit, eamque in eo dicit positam, quod tantum Sacris Paginis insistatur. In altero agit de Ecclesiæ auctoritate, unitate, indefectibilitate, ac visibilitate: in tertio autem de Primatu D. Petri, ejusque successorum, quorum decisiones, si in Generali Concilio conduntur, fallere haud posse affirmat. Quarto tractatu admonet Magistratus, ut pro exterminandis hæresibus omnem diligentiam impendant. Quinto in sex libros diviso demonstrat, legibus Ecclesiasticis prohiberi, ne Sacer codex in linquam Gallicam verteretur, ne ve Professio Monastica libertati Evangelicæ repugnans dicatur. Insuper agit de Confessione auriculari, necnon de cœcitate præsentis sæculi, de quibus argumentis agunt postremi quatuor tractatus. Porro vix præfata opuscula post editionem Parisiensēm rursus impressa prodibant Anno Domini millesimo quingeniesimo quinquagesimo secundo Lugduni apud Sebastianum Griphum, cuī illico Theodorus Beza tum admodum juvenis laborem Lifeti procaciter irridebat, edito adversus eum scripto, in quo artificiose lusu fingit, quod Magister *Benedictus Passavantius* a Petro Lifeto Gene-

Sæc. XVI.
A.C. 1555.

Sæcul. XVI. Genevam fuerit exploratum missus,
A. C. 1555. quodnam de ejus operibus ibidem judicium feratur, ad quod postmodum Beza Lifeto respondet. Enimvero ea, quæ hic Scriptor in suo tractatu contra Sacræ Scripturæ versiones in linguis patrias edifferit, omnino risu digna sunt; ait enim, quod illo tempore, quo Sacra Biblia nascente Ecclesia fuerant latine redditæ, duo latini sermonis genera exstiterint, unum Grammatices regulis adstrictum, quod nonnisi a Doctis percipi poterat: alterum vero ab hisce Regulis omnino aberrabat, quod a vulgo passim fuerat intellectum: hinc inquit ille, latina Sacri Codicis versio, cum illa juxta primi generis sermonem latinum fuerit concinnata, proprie non erat versio in linguam vulgarem: id autem postea Lifetus ad cetera quæque idiomata extendit.

§. LIV.

Georgii Agricolæ mors.

*Spond. hoc
ann. n. 26.
Gesner.
Bibl.
Thu. hist.
l. 16. Melch.
Adam d.
Germ.
Script.* **T**ertius ex Scriptoribus hoc anno mortuus est Georgius Agricola natione Germanus, qui, quamvis tantum Medicus, circa quasdam tamen materias Ecclesiasticas suum exercebat calamum. Hic die vigesima quarta Martii Anno Salvatoris nostri millesimo quadringen-